

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Curiositas q  
cum fonte primo

Pharisei

de Deo querere contententes

nichil aliud se inuenisse confessi sunt  
nisi quod incognoscibilis est Deus.

Sed sicut qui in nauigabile oceanum usurpat nauigare  
dum non potest transire, necesse est  
ut per eandem uiam reuertatur.

Sic et illi ab ignorantia ceperunt et in ignoranciam finierunt.

Crisostomus super illud Matthei XI.:  
Nemo nouit filium nisi pater.

Antiqui philosophi, et oratores,  
qui naturali sapientia literarum exercitatione exacuminati,  
de Dei natura quaerere contendebant,  
non Deum inuenire desiderantes, sed altissima disserere cupientes,  
victi sunt ingenio, defecerunt sermone:  
in ultimo nihil se amplius inuenire potuisse confessi sunt,  
nisi quia Deus incognoscibilis est.

Et ut quid ergo tantum laborasti, si ignorans es,  
postquam requisisti, quemadmodum fueras, antequam quaereres?  
Sicut enim qui innauigabilem oceanum nauigare se usurpat,  
dum non potest eum transire, necesse est,  
ut per eandem uiam reuertatur,  
unde ingressus est:  
sic et illi ab ignorantia coeperunt, et in ignorantia finierunt.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*, 28  
(PG 56, col.776).